Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



omnes debitores viros repentis: Ecce ad lucem et con-
tentiones iejunatis et pugnatis pugno impie. Non
hoc iejunare sicut vos hodie audire facere vestram in ex-
celso clamare. Vir. Numquid tale est iejunium quod
elegi. per diem hominem affligere animam suam. Nun-
quid contorquebit quasi circulum caput suum et sac-
cum et cinerem sternere. Numquid istud vocabis
iejunium et diem acceptabilem domino. Nonne hoc
est magis iejunium quod elegi. dissolve colligationes
impietatis solve fasciculos deprimentes. dimitte
eos qui confracti sunt liberos. et omne onus
dirumpe frange esurienti panem tuum. et egenos
vagosque induc in domum tuam. cum videris nu-
dum operi eum et carnem tuam ne despexeris. Tunc
erumpet quasi mane lumen tuum et sanitas tua
cito orietur. et ante ibit faciem tuam justitia
tua et gloria dei colliget te. Tunc invocabis et dominus
exaudiet. clamabis et dicet. Ecce adsum: quia misericors
sum dicit deus tuus. Ut
Unam petii a domino hanc requi-
ram ut habitem in domo domini
Ut videam voluntatem domini et p-
tegar a templo sancto eius. Secundum marcum. Ps.
Illo tempore. Dixit dominus iesus discipulis suis. au-
disti quia dictum est. diliges proximum tuum et
odies inimicum tuum. Ego autem dico vobis
Diligite autem inimicos vestros benefacite his qui o-
derunt vos. et orate pro persequentibus et calumni-
antibus vos: ut sitis filii patris vestri qui in celis est
qui solem suum oriri facit super bonos et malos
et pluit super iustos et injustos. Si enim dilexeritis
eos qui vos diligunt: quam mercedem habebitis. Non
ne publicani hoc faciunt. Et si salutaveritis fres